

feuda similiter, ut dare potuerunt; tali tamen ordine quod isti Marchiones debent mittere plaustra in exercitibus Gamundiensium ad objiciendum arma, & cibaria; & gentem istæ terræ mittere debent cum Gamundiensibus in exercitum, & fidelitatem facere; & Castellani similiter fidelitatem Gamundiensi populo facere debent, & munire villam Gamundii, & castrum vallorum secundum partem. Actum fuit hoc instrumentum in agro prope Ecclesiam SS. Trinitatis feliciter. Interfuerunt ibi testes 10 Gavacinus, & Ramundus de Rivalta, & Malatalia de Campalo, & Ruffinus de Mirabello. Hi sunt vasalli Marchionum, Maurus Lecus, Opizzo Pastor, Fulcus Malus, & Dodus, & Jordanus, Pilatus, & Carolus Tebaldi, Petrus Canefrus, qui tunc erant consules. Ego Bernardus Not. S. Pal. ecc.

*Adriani PP. breve confirmationis jurium,
& possessionum Capituli Aquensis.*

M C L V.

45 **A**drianus Episcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis Uberto Aquensis Ecclesie Archidiacono, ejusque fratribus tam presentibus, quam futuris in ppm. Officii nostri hortatur auctoritas Ecclesiarum, quieti, & utilitati, prestante Domino, salubriter providere, nec Deo gratior aliquando famulatus impenditur, si non ex caritatis radice procedens a puritate religionis fuerit conservatus. Quapropter dilectis in Domino filiis vestris justis 30 postulationibus clementer annuimus, & prefatam Ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri, & nostra protectione suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus statuantes, ut quascumque possessiones, quaecumque bona eadem Ecclesia in presentiarum juste, & canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata per- 40 maneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Jus Parochiale, quod habetis in civitate Aquensi, & suburbio, tam in decimis, & primitiis, quam in ægrotantium pœnitentiis, & morientium sepulturis, & quidquid intra terminos ejusdem loci possidetis, in Ecclesiis, domibus, ter- 50 ris nemoribus, molendinis, plebem de Calamagna, & quidquid habetis in Plaxano, plebem de Campali, & decimam ejusdem Loci, totam Ecclesiam S. Martini de Septebrio, & quid- 50 quid habetis in eodem Loco, Ecclesiam S. Georgii in Wivvliola, & quidquid habetis in eodem Loco, quidquid habetis in Pradasco, & in Cassinellis, quidquid habetis in Urfaria, vel Ripalta, quidquid habetis in Montebono, sive Casa nova, quidquid in Tercio, & Bestagno, in Melagio, & Cartoxio, Veredino, & Cavatore, in Vidixone, & Cascinis, quidquid habetis in terra Dominorum de Canello, quidquid habetis in terra Dominorum de Barberio, censum Gamundiensium Ecclesiarum, in denariis, & 60 candelis, censum olei de Codoleto, censum olei de Albengana, censum de Ecclesia S. Thomæ de Canello. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum

liceat supradictam Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia, & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione, & sustentatione concessa sunt, in usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate, & Episcopi vestri canonica justitia, si qua igitur ecc. Ego Adrianus Catholicæ Ecclesie Episcopus. Ego Guido Præbiter Cardinalis S. Grifogoni. Ego Tebaldus Præbiter Ecclesie S. Præxedis. Ego Octavianus Præbiter titulus S. Cecilie. Ego Oddo Diaconus Cardinalis S. Georgii. Ego Guido Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Porticu. Ego Oddo Diaconus Cardinalis S. Nicolai in carcere Tulliano. Ego Enricus Præbiter Cardinalis, tituli Sanctorum Nerei, & Achillei. Datum Laterani per manum Rolandi S. R. E. Præsb. Cardin. & Cancellarii: secundo idus novembris, indictione V. Incarn. Dom. an. MCLVI. Pont. nostri V. Dom. 20 Adriani Papæ IV. an. 11.: quod quidem privilegium erat sigillatum cum plumbea bulla in eo pendente.

*Conventio Ottonis Marchionis cum Raimundo
de Monteforti ex chartulario Ecclesie
Astensis sub tit. Anniversaria n. 45.*

M C L V I I.

46

Instrumentum rogatum Uberto Notario S. Palatii Anno Domini 1157. 10. die madii, indict. 5. Otto Marchio promittit se defensurum contra omnes homines bona, & res mobiles, & immobiles Ramundi de Monteforti, & ipse Ramundus investit, ac donat ipsi Marchioni castrum, & villam, terras, vineas, pascua, prata, jerba, & nemora, & omnia quæ habebat in loco, ubi dicitur Urriolum, quæ donatio sit nulla, si pactum supradictum non observaverit Marchion Otto.

*Privilegium Vilielmi Marchionis hominibus
Gazingi ex autographo.*

M C L V I I I.

47

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo octavo, sexto idus madii, indictione sexta. In Christi nomine breve recordationis pro futuris temporibus usque in perpetuum ad memoriam recolendam. Vilielmus Marchio filius quondam Rainerii Marchionis per cartulam, quam sua tenebat manu presentia bonorum hominum, nomina subter leguntur donavit, & investituram dedit hominibus Gazingi de omni bono usu, quem habebant in totis finibus Gazingi, scilicet in communibus, quæ sunt ex una parte Padi; & ex alia & in molendinis, & in aliis instrumentis ædificandis supra dicto flumine, & insuper dedit, & confirmavit hominibus Gazingi usum, quem habent homines Valencia. In primis sibi retinuit quatuor placita scilicet scooxatorem, latronem, traditorem, & homicidium: & si ille, qui fecerit homicidium habuerit aliquem amicum, qui suscipiat ipsum homicidam super se, donec faciat justitiam in tanto, quantum ipse homicida habet, tunc possessiones ipsius homicidæ non debent saxiri a potestate, &